Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola ad Corinthios II

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

reponat recondens quod ei bene placuerit ut
non cum venero tunc collecte fiant. Cum autem
presens fuero quos probaveritis per epistolas hos
mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem.
Quod si dignum fuerit ut et ego eam, mecum
ibunt. Veniam autem ad vos cum Macedo-
niam pertransiero. nam Macedoniam per-
vel autem transibo. apud vos forsitan manebo vel et
hiemabo. ut vos me deducatis quocumque
iero. Nolo enim vos modo in transitu videre.
Spero enim me aliquantum temporis manere apud
vos. si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi
usque ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum
est magnum et evidens. et adversarii multi.
Si autem venerit Timotheus. videte ut sine
timore sit apud vos. Opus enim domini operatur
sicut et ego. Nequis ergo illum spernat.
Deducite autem illum in pace. ut veniat
ad me. Expecto enim illum cum fratribus. De
Apollo autem fratre notum vobis facio. quoniam mul-
tum rogavi eum ut veniret ad vos cum
fratribus. et utique non fuit voluntas eius ut nunc
veniret. Veniet autem cum ei vacuum fuerit.
Vigilate. state in fide. viriliter agite et con-
fortamini. Omnia vestra in caritate fiant. Ob-
secro autem vos fratres. nostis domum Stephane et
Fortunati. et Achaici. quoniam sunt primitie A-
chaie et in ministerium sanctorum ordinaverunt
se ipsos ut et vos subditi sitis eiusmodi. et omni
cooperanti et laboranti. Gaudeo autem in presen-
tia Stephane et Fortunati et Achaici. quoniam id
quod vobis deerat ipsi suppleverunt. refecerunt
enim et meum spiritum et vestrum. Cognoscite ergo
qui eiusmodi sunt. Salutant vos ecclesie
Asie. Salutant vos in domino multum Aquila
et Prisca cum domestica sua ecclesia apud
quos et hospitor. Salutant vos fratres omnes.
Salutate invicem in osculo sancto. Saluta-
tio mea manu Pauli. Siquis non amat
dominum Ihesum Christum sit anathema mara-
natha. Maranatha syrum est. id est interpre-
tatur dominus venit. Gratia domini nostri Ihesu Christi
vobiscum. Caritas mea cum omnibus
vobis in Christo Ihesu. Amen. Explicit epistola i.
ad Corinthios. Incipit prologus in secundam epistolam.

Post actam penitentiam ad Corinth.
consolatorias scribit eis lit-
teras a Troade per Titum
et collaudans eos horta-
tur ad meliora. contristatos quidem
sed emendatos ostendens. Explicit
prologus. Incipit secunda epistola ad
Corinth.

Paulus
apostolus Ihesu Christi
per voluntatem dei et
Timotheus
frater ecclesie dei
que est Corin-
thi cum sanctis
omnibus qui sunt in universa Achaia. Gratia
vobis et pax a deo patre nostro. et domino Ihesu Christo.
Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu Christi
pater misericordiarum et deus totius conso-
lationis qui consolatur nos in omni tribu-
latione nostra. ut possimus et ipsi consola-
ri eos qui in omni pressura sunt. per
exhortationem qua exhortamur et ipsi a
deo. quoniam sicut habundant passiones Christi
in nobis. ita et per Christum habundat consolatio nostra.
Sive autem tribulamur pro vestra exhorta-
tione. sive consolamur pro vestra consolatione
et salute. sive exhortamur pro vestra ex-
hortatione et salute que operatur tol-
lerantiam earundem passionum quas et
nos patimur. ut spes nostra firma sit pro
vobis. Scientes quoniam sicut socii passionum

estis. sic eritis et consolationis. Non enim uo
lumus uos ignorare fratres de tribulatione
nostra que facta est in asya. quia supra modum
grauati sumus. supra uirtutem. ita ut
tederet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobis
ipsis responsum mortis habuimus ut non
simus fidentes in nobis. sed in deo qui
suscitat mortuos. qui de tantis periculis
eruit eripuit nos et eruit nos in quem
speramus. quoniam et adhuc eripiet adiuuantibus
et uobis in oratione pro nobis. ut ex
multarum personis faciem eius que in nobis
est donationis per multos gratie agantur pro
nobis. Nam gloria nostra hec est testimonium
conscientie nostre. quod in simplicitate et sinceritate
dei et non in sapientia carnali sed in gratia
dei conuersati sumus. in hoc mundo. habundantius
autem ad uos. Non enim alia scribimus
uobis. quam que legistis et cognouistis.
Spero autem quod usque in finem cognoscetis.
sicut et cognouistis. nos ex parte. quia
gloria uestra sumus. sicut et uos nostra. in die
domini nostri ihesu christi. Et hac confidentia uolui
prius uenire ad uos. ut secundam gratiam
haberetis. et per uos transire in macedoniam.
et iterum a macedonia uenire ad uos
et a uobis deduci in iudeam. Cum hoc ergo
uoluissem. numquid leuitate usus sum.
aut que cogito. secundum carnem cogito.
ut sit apud me est et non. Fidelis autem deus quia
sermo noster qui fuit apud uos. est et non est in illo
est et non. sed est in illo est. Dei enim filius ihesus
christus. qui in uobis per nos predicatus est per
me et siluanum et timotheum. non fuit
in illo est et non. sed est in illo fuit. Quotquot enim
promissiones dei sunt in illo est. Ideo et
per ipsum. amen deo ad gloriam nostram. Qui
autem confirmat nos uobiscum in christo. et qui
unxit nos deus. et qui signauit nos. et

dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem
testem deum inuoco in animam meam. quod parcens
uobis non ueni ultra corinthum. Non quia
dominamur fidei uestre. sed adiutores sumus
gaudii uestri. Nam fide statis. II
Statui autem hoc ipse apud me ne iterum
in tristicia uenirem ad uos. Si enim
ego contristo uos. et quis est qui me letificet.
nisi qui contristatur ex me. Et hoc ipsum
scripsi uobis. ut non cum uenero tristiciam super
tristiciam habeam. de quibus oportuerat me gaudere.
confidens in omnibus uobis. quia meum
gaudium omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione
et angustia cordis. scripsi uobis
per multas lacrimas. ut non contristemini. sed ut
sciatis quam caritatem habeam habundantius
in uobis. Si quis autem contristauit me. non me
contristauit. sed ex parte. ut non onerem omnes
uos. Sufficit illi qui eiusmodi est. obiurgatio
hec. que fit a pluribus. ita ut econtrario
magis donetis et consolemini. ne forte habundantiori
tristicia absorbeatur qui eiusmodi
est. Propter quod obsecro uos. ut confirmetis
in illum caritatem. Ideo enim et scripsi
uobis ut cognoscam experimentum uestrum. an in
omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid
donastis. et ego. Nam et ego quod donaui si
quid donaui propter uos in persona christi. ut non
circumueniamur a sathana. Non enim ignoramus
cogitationes eius. Cum uenissem
autem troade. propter euangelium christi et ostium mihi apertum
esset in domino. non habui requiem spiritui meo. eo
quod non inuenerim titum fratrem meum. sed ualefaciens
eis profectus sum in macedoniam.
Deo autem gratias. qui semper triumphat
nos in christo ihesu. et odorem notitie sue
manifestat per nos in omni loco. quia christi
bonus odor sumus deo. in hiis qui salui
fiunt. et in hiis qui pereunt. Aliis quidem

odor mortis ī mortem. aliis aūt odor uite
ī uitam. Et ad hec quis tam ydoneus. Nō
enī sumus sicut plurimi adulterantes u͂
bum dei. s; ex sinceritate. sicut ex deo co
ram deo in xp̄o loquimur. III

Incipimus iterū nosmetipsos cōmendare.
Aut numquid egemus sic̄ quidā cōmen
daticiis ep̄lis ad uos. aut ex uob̄. Ep̄la
n̄ra uos estis scripta in cordib; n̄ris. que
scitur. Legitur ab omnib; homib; ma
nifestati. quō epl̄a estis xp̄i ministrata a nob̄.
et scripta n̄ atramento. s; sp̄u dei uiui. n̄
in tabulis lapideis. s; in tabulis cordis
carnalib;. Fiduciam aūt talem hēmus
p xp̄m ad dm̄. n̄ q̄ sufficientes simus
cogitare aliquid a nob̄ quasi ex uob̄. s;
sufficientia n̄ra ex deo est. Qui et ydoneos
nos fecit ministros noui testamti. n̄ lit
tera s; sp̄u. Littera enim occidit. sp̄c aūt ui
uificat. Qd̄ si ministratio mortis l̄ris
deformata in lapidib; fuit in gl̄a. ita
ut n̄ possent intendere filii isr̄l ī faciem
moysi pp̄ gl̄am uultus ei᷒ q̄ euacuat᷑.
quōm n̄ mag᷒ ministratio sp̄c erit in
gl̄a. Nam si ministratio dampnationis
ī gl̄a ē. multo mag᷒ habūdat ministerium
iusticie in gl̄a. Nam nec gl̄ificatū est
q̄ claruit in hac pte pp̄ excellentē gl̄am.
Si ei qd̄ euacuatur p gl̄am ē. multo mag᷒
qd̄ manet in gl̄a est. Hn̄tes ig᷑ talem
spem multa fiducia utimur. Et n̄ sic̄
moyses ponebat uelamen sup faciem
suam. ut n̄ intenderent filii isr̄l in faciē
eius q̄ euacuatur. s; obtusi s̄ sensꝰ eou.
Vsq; in hodiernū enī diem idipm uela
men in lectione ueteris testamti manz
n̄ reuelatum. qd̄ in xp̄o euacuat᷑. s; usq;
in hodiernū diē cum legit᷑ moyses. ue
lam̄ ē positum sup cor eou. Cū aūt cōuſ

fuerit ad dm̄. auferetur uelam̄. Dn̄s aūt
sp̄c est. Vbi aūt sp̄c dn̄i. ibi libtas. Nos u͂
omnes reuelata facie gl̄am dn̄i speculan
tes. in eandem ymaginē transforma
mur. a claritate in claritatē. tamquā
a dn̄i sp̄u. IIII

Ideo hn̄tes hanc administrationē. iux̄ q̄ misericordiam cōsecuti
sumus. n̄ deficim᷒. s; abdicam᷒ occulta
dedecoris. n̄ ambulantes in astutia. neq;
adulterantes u͂bum dei. s; ī manifesta
tione ueritatis. cōmendantes nosmet
ipsos ad omnē cōsciētiam homī coram dō.
Qd̄ si etiam opertum ē eu͂g n̄rm. in his
q̄ pereunt ē opertum. in quib; ds̄ huī secli
excecauit mentes īfideliū ut n̄ fulgeat
illuminatio eu͂g glie xp̄i. qui ē ymago
dei. Non eī nosmetipsos p̄dicamus. s;
ihm xp̄m xp̄m dn̄m n̄rm. nos aūt ser
uos u͂ros p ihm. qm̄ ds̄ qui dixit de te
nebris lumē splendescē. illuxit in cor
dib; n̄ris ad illuminationē sciē clari
tatis dei in faciem xp̄i ihu. Habem᷒ aūt
thesaurum istū in uasis fictilib;. ut su
blimitas sit uirtutis dī et n̄ ex nob̄. In
omnib; tribulationē patim᷒. s; n̄ angustiam.
Aportamur. s; n̄ destituim᷒. Persecutio
nem patim᷒. s; n̄ derelinquimur. Humili
amur. s; n̄ cōfundim᷒. Deiicim᷒. s; nō
perimus. Semp mortificationē ihu ī
corpe n̄ro circumferentes. ut et uita ihu in
corporib; n̄ris manifestetur ī carne n̄ra
mortali. Ergo mors in nob̄ opat᷑. uita
aūt in uob̄. Hn̄tes aūt eundem sp̄m fidei
sic̄ scriptum ē. Credidi pp̄ qd̄ locutus sū.
et nos credim᷒ pp̄ qd̄ et loquim᷒. scientes
qm̄ qui suscitauit ihm. et nos cū ihu su
scitabit et cōstituet uobiscum. Omnia eī
pp̄ uos. ut gr̄a habūdans p multos gr̄arū
actione habūdet in gl̄am dei. Pp̄ q̄ n̄ de

fecimus. Sed licet is qui foris est noster homo
corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur
de die in diem. Id enim quod in presenti est mo
mentaneum et leve tribulationis nostre supra
modum in sublimitate eterne glorie pondus
operatur in nobis, non contemplantibus nobis
que videntur, sed que non videntur. Que
enim videntur temporalia sunt, que autem
non videntur eterna sunt. V
Scimus enim quoniam si terrestris domus
nostra huius habitationis dissolvatur,
quod edificationem ex deo habeamus domum
non manufactam eternam in celis. Nam et in
hoc ingemiscimus, habitationem nostram que
de celo est superindui cupientes, si tamen
vestiti non nudi inveniamur. Nam et qui
sumus in tabernaculo isto ingemiscimus
gravati, eo quod nolumus expoliari, sed super
vestiri, ut absorbeatur quod mortale est
a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum
deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Auden
tes igitur semper et scientes quoniam dum sumus
in corpore peregrinamur a domino. Per fidem enim
ambulamus et non per speciem. Audemus autem
et bonam voluntatem habemus magis pere
grinari a corpore et presentes esse ad dominum. Et
ideo contendimus sive absentes sive
presentes placere illi. Omnes enim nos mani
festari oportet ante tribunal Christi, ut re
ferat unusquisque propria corporis prout ges
sit, sive bonum sive malum. Scientes
ergo timorem domini hominibus suademus, deo
autem manifesti sumus. Spero autem et in conscien
tiis vestris manifestos nos esse. Non iterum
commendamus nos vobis, sed occasionem da
mus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad
eos qui in facie gloriantur et non in corde.
Sive enim mente excedimus deo, sive sobrii
sumus vobis. Caritas enim Christi urget nos, esti
mantes hoc quoniam si unus pro omnibus mortuus
est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mor
tuus est Christus, ut et qui vivunt iam non sibi
vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et re
surrexit. Itaque nos ex hoc neminem novi
mus secundum carnem. Et si cognovimus secundum
carnem Christum, sed nunc iam non novimus.
Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera
transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Omnia
autem ex deo qui reconciliavit nos sibi per
Christum et dedit nobis ministerium reconcilia
tionis. Quoniam quidem deus erat in Christo mundum
reconcilians sibi, non reputans illis de
licta ipsorum, et posuit in nobis verbum recon
ciliationis. Pro Christo ergo legatione fun
gimur, tamquam deo exhortante per nos. Ob
secramus pro Christo, reconciliamini deo. Eum
qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit,
ut nos efficeremur iustitia dei in ipso. VI
Adiuvantes autem exhortamur vos
ne in vacuum gratiam dei recipiatis.
Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, et in
die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies salutis. Ne
mini dantes ullam offensionem, ut non
vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus
exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros
in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus,
in angustiis, in plagis, in carceribus, in se
ditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiu
niis, in castitate, in scientia, in longa
nimitate, in suavitate, in spiritu sancto, in
caritate non ficta, in verbo veritatis, in
virtute dei, per arma iustitie a dextris et a
sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per in
famiam et bonam famam, ut seductores
et veraces, sicut qui ignoti et cogniti,
quasi morientes et ecce vivimus, ut castiga
ti et non mortificati, quasi tristes, semper au

Scli aut̄ tristicia mortē opat̄

gaudentes. Sicut egentes: multos aūt
locupletantes. Tamq̄ nich habentes: ⁊ ō
possidentes. Os nr̄m patet ad uos o
corinthij. cor nr̄m dilatatum ē. Non
angustiamini in nob: angustiamini aūt
in uiscerib; uris. Eandem aūt habentes re
munationē. tamq̄ filijs dico. dila
tamini ⁊ uos. Nolite iugum ducē cū ī
fidelib;. Que eī pticipatio iustitiē cum
iniquitate. Aut que societas luci ad
tenebras. Que aūt conuentio xp̄i ad be
lial. Aut que ps fidel' cum infideli. Q̄s
aūt consensus templo dei cum ydol'. Vos
eūi estis templum dei uiui. sic dicit dn̄s.
Qm̄ inhitabo in ill' ⁊ inambl'abo int̄
eos. ⁊ ero illoꝝ ds̄. ⁊ ipi erunt m̄ pl's.
Ppt̄ q̄ exite de medio eoꝝ ⁊ separamini
dicit dn̄s ⁊ inmundū ne tetigeritis ⁊ ego
recipiam uos. ⁊ ero ub̄ in prēm. ⁊ uos
eritis michi in filios ⁊ filias. dic dn̄s omp̄s.

VII

Has igr̄ habentes pmissi
ones kmi. mundem' nos ab
omi inquinamento carnis ⁊ sp̄c. pfici
entes sctificationē in timore dei. Ca
pite nos. Neminē lesim' neminē cor
rupim' neminē circumuenim'. Nō ad
condempnationē urām dico. Predixim'
eni q̄ in cordib; nr̄is estis ad comori
endū ⁊ ad conuiuendū. Multa m̄ fidu
cia ē apud uos. multa m̄ glatio pro
uob. Replet' sum consolone. supahūdo
gaudio ī oī tribl'one nr̄a. Nam ⁊ cū
uenissem' macedoniā. nullā reqem
hūit caro nr̄a. s; omnē tribl'onē passi
foris pugne. int' timores. S; qui con
solatur humiles. consolatus ē nos ds̄. ī
aduentu tyti. Non solū aūt ī aduentu
eius. s; ⁊ in consolone qua consolatus est
ī uob. referens nob urm̄ desidu
uūm fletum. urām emulationē p me.
ita ut magis gauderem. qm̄ ⁊ si contrista
ui uos in epl'a n̄ me penitet. ⁊ si peni
teret. uidens q̄ epl'a illa. ⁊ si ad horā
uos contristauit. nunc gaudeo. n̄ q̄ con
tristati estis. s; q̄ contristati estis ad peni
tentiam. Contristati eī estis sc̄dm dm̄.
ut in nullo detrimentum patiamini ex nob.
Que ·n·. sc̄dm dm̄ tristitia ē pniam
in salutē stabilem opatur. Ecce eī
hoc ipm̄ sc̄dm dm̄ contristari uos. q̄n
ta in uob opatur sollicitudinē. s; de
fensionē. s; indignationē. s; timorē.
s; desidium. s; emulationē. s; uindicam.
In omnib; exhibuistis uos incontamina
tos ee negotio. Igr̄ et si scripsi uob. n̄
pp eum qui fecit iniuriam. nec pp eum
qui passus ē. s; ad manifestandam
sollicitudinē nr̄am qm̄ p uob hem'
coram deo. Ideo consolati sum'. In consola
tione aūt nr̄a habundantius magis gau
si sumus sup gaudio tyti. q̄ refectu'
est sp̄s eius ab omnib; uob. Et siquid
apud illum de uob gl'iatus sum. n̄ sum
confusus. s; sicut omnia uob ī ueritate
locuti sumus. ita ⁊ gl'iatio nr̄a. q̄ fuit
ad tytum ueritas fc̄a est. Et uiscera
eius habundantius ī uob sunt. reminisce
tis oīm ur̄m obedientiā. q̄ui a cum
timore ⁊ tremore excepistis eū. Gau
deo q̄d in omnib; confido in uobis.

VIII

Notam aūt facim'
uob f̄res grām dei que data ē
in ecclijs macedonie. q̄d in multo ex
pimento tribulationis habundantia
gaudij ipoꝝ fuit. ⁊ altissima paup
tas eoꝝ habundauit in diuitias simpli
citatis eoꝝ. q̄ sc̄dm uirtutem testimo
niū ill' reddo. ⁊ sup̄ uirtutem uolun

tarii fuerunt. cum multa exhortatione
obsecrantes nos gratiam et communicationem
ministerii quod fit in sanctos. Et non sicut spe
ravimus, sed semetipsos dederunt primum deo.
deinde nobis per voluntatem dei. ita ut roga
remus titum. ut quemadmodum cepit. ita et
perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed
sicut in omnibus habundatis fide et sermone
et scientia. et omni sollicitudine. insuper et
caritate vestra in nos. ut et in hac gratia
habundetis. Non quasi imperans dico. sed per a
liorum sollicitudinem etiam vestre caritatis
ingenium bonum comprobans. Scitis enim
gratiam domini nostri ihesu christi. quoniam propter vos ege
nus factus est cum esset dives. ut illius inopia
vos divites essetis. Et consilium in hoc
do. Hoc enim vobis utile est. qui non solum
facere. sed et velle cepistis ab anno priore.
Nunc vero et facto perficite. ut quemadmodum prom
ptus est animus voluntatis. ita sit et
perficiendi ex eo quod habetis. Si enim volun
tas prompta est secundum id quod habet accepta
est. non secundum id quod non habet. Non enim ut aliis
sit remissio. vobis autem tribulatio. sed ex
equalitate in presenti tempore vestra habundantia
+ et illorum habundantia vestre inopie sit sup
plementum. ut fiat equalitas. sicut scriptum
est. Qui multum habuit non habundavit. et qui
parum non minoravit. Gratias autem deo qui dedit
eandem sollicitudinem pro vobis in corde
titi. quoniam exhortationem quidem suscepit
sed cum sollicitior esset. sua voluntate
profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo
fratrem cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias.
Non solum autem. sed et ordinatus est ab eccle
siis. comes peregrinationis nostre in hac
gratia que ministratur a nobis ad domini
gloriam et destinatam voluntatem nostram.
Devitantes hoc. ne quis nos vituperet

+ illorum inopiam suppleat ut et

in hac plenitudine que ministratur a nobis ad
gloriam domini. Providemus enim bona. non solum
coram deo. sed etiam coram hominibus. Misi
mus autem cum illis et fratrem nostrum quem probavi
mus in multis sepe sollicitum esse. nunc autem
multo sollicitiorem. confidentia multa in
vos. sive pro tito qui est socius meus. et in vobis
adiutor. sive fratres nostri apostoli ecclesiarum. glorie christi.
Ostensionem ergo que est caritatis vestre
et nostre glorie pro vobis in illos ostendite in fa
ciem ecclesiarum.

VIIII

Nam de ministerio quod fit in sanctos ex
habundanti est michi scribere vobis. Scio
enim promptum animum vestrum. pro quo de vobis
glorior apud macedones. quoniam et achaia
parata est ab anno preterito. et vestra emulatio
provocavit plurimos. Misimus autem fratres. ut
ne quod gloriamur de vobis. evacuetur in hac
parte. ut quemadmodum dixi parati sitis. ne cum
venerint mecum macedones. et invenerint
vos imparatos. erubescamus nos. ut non di
camus vos in hac substantia. Necessarium ergo
existimavi rogare fratres. ut preveniant ad
vos. et preparent repromissam benedictionem
hanc paratam esse sic quasi benedictionem non
quasi avaritiam. Hoc autem dico. qui parce seminat. parce et metet. et qui seminat in benedictionibus
de benedictionibus et metet. Unusquisque prout
destinavit in corde suo. non ex tristitia
aut ex necessitate. Hylarem enim datorem
diligit deus. Potens est autem deus omnem gratiam
habundare facere in vobis. ut in omnibus semper
omnem sufficientiam habentes. habundetis in
omne opus bonum. sicut scriptum est. Dispersit
dedit pauperibus. iustitia eius manet in seculum
seculi. Qui autem administrat semen semina
ti. et panem ad manducandum prestabit. et
multiplicabit semen vestrum. et augebit in
crementa frugum iustitie vestre. ut in omnibus
locupletati habundetis in omnem simplicitatem

que operatur per nos gratiarum actionem deo. Quo-
niam ministerium huius officii non solum sup-
plet ea que desunt sanctis, sed etiam habundat per
multos gratiarum actiones in domino. Per proba-
tionem ministerii huius glorificantes deum in obe-
dientia confessionis vestre in evangelio christi et sim-
plicitate communicationis in illos et in omnes,
et in ipsorum obsecratione pro vobis desideran-
tium vos propter eminentem gratiam dei in
vobis. Gratias deo super inenarrabili dono eius.
Ipse autem ego paulus obsecro vos X
per mansuetudinem et modestiam christi, qui in
facie ~~christi~~ quidem humilis inter vos, absens
autem confido in vobis. Rogo autem ne presens
audeam per eam confidentiam qua existimor
audere in quosdam qui arbitrantur nos
tamquam secundum carnem ambulemus. In car-
ne enim ambulantes non secundum carnem mi-
litamus. Nam arma militie nostre non car-
nalia, sed potentia deo ad destructionem
munitionum, consilia destruentes et al-
titudinem omnem extollentem se adversus
scientiam dei, et in captivitatem redigentes om-
nem intellectum in obsequium christi, et in
promptu habentes ulcisci omnem inobedien-
tiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.
Que secundum faciem sunt videte. Si quis
confidit sibi christi se esse, hoc tamen cogitet apud
se, quia sicut ipse christi est, ita et nos. Nam
et si amplius aliquid gloriatus fuero de po-
testate nostra quam dedit dominus in edificationem
et non in destructionem vestram, non erubescam.
Ut autem non existimer tamquam terrere vos
per epistolas, quoniam quidem epistole inquiunt graves
sunt et fortes, presentia autem corporis infir-
ma et sermo contemptibilis. Hoc cogitet qui
eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epi-
stolam absentes, tales et presentes in facto.
Non enim audemus inserere aut comparare nos

quibusdam qui seipsos commendant, sed ipsi in
nobis nosmetipsos metientes et comparantes
nosmetipsos nobis. Nos autem non in immensum
gloriabimur, sed secundum mensuram regule
qua mensus est nobis deus, mensuram per-
tingendi usque ad vos. Non enim quasi non per-
tingentes ad vos superextendimus nos.
Usque ad vos enim pervenimus in evangelio christi,
non in immensum gloriantes in alienis labo-
ribus, spem autem habentes crescentis fidei vestre
in vobis magnificari secundum regulam nostram
in habundantia, etiam in illa que ultra vos sunt
evangelizare, non in aliena regula in his
que preparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur
in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat
ille probatus est, sed quem deus commendat. U-
tinam sustineretis modicum quid insipi-
entie mee, sed et supportate me. Emu-
lor enim vos dei emulatione. Despondi enim
vos uni viro virginem castam exhibere
christo. Timeo autem ne sicut serpens evam
seduxit astutia sua, ita corrumpantur
sensus vestri et excidant a simplicitate que
est in christo. Nam si is qui venit alium christum
predicat quem non predicavimus, aut alium spiritum
accipitis quem non accepistis, aut aliud
evangelium quod non recepistis, recte pateremini. Ex-
istimo enim me nichil minus fecisse a ma-
gnis apostolis. Nam et si imperitus sermo-
ne, sed non scientia. In omnibus autem manifesta-
tus sum vobis. Aut numquid peccatum feci
meipsum humilians ut vos exaltemini,
quoniam gratis evangelium dei evangelizavi vobis?
Alias ecclesias expoliavi accipiens sti-
pendium ad ministerium vestrum, et cum essem
apud vos et egerem, nulli onerosus fui.
Nam quod michi deerat suppleverunt fratres qui
venerunt a macedonia, et in omnibus sine
onere me vobis servavi et servabo. Est

ſitas xpi in me· qm hec glă n̄ infringe
tur in me in regionibȝ achaie· Quare?
Quia n̄ diligo uos? Ds ſcit· Qđ aut̄ fa
cio ⁊ faciam ut amputem occaſionē
eorum qui uolunt occaſionē ut in quo
gl'iantur· tales inueniant̄ ſicut ⁊ nos·
Nam eiuſmodi pſeudo-apl'i operarij ſb
doli tranſfigurantes ſe in apl'os xpi·
Et n̄ mirū· Ipſe em̄ ſathanas trāſfigu
rat ſe in anglm̄ lucis· Non ē g̊ magn̄
ſi miniſt̄ eius tranſfigurent̄ uelut
miniſt̄ iuſtie· Quorum finis erit ſcđ
opa ipſorum· Itm̄ dico· Ne quis me putet
inſipientē· Alioquin uelut inſipiētē
accipite me· ut ⁊ ego modicum quid
gl'ier· Qđ loquor nō loquor ſcđm dm̄
ſz q̄ſi in inſipientia in hac ſba glorie·
Qm̄ multi gl'iantur ſcđm carnē· ⁊
ego gloriabor. XI
Libent̄ enim ſuffertis inſipientes
cum ſitis ipi ſapientes. Suſti
netis enī ſiquis uos in ſeruitutē redi
git· ſiquis deuorat· ſiquis accip· ſiqs
extollitur· ſiquis in faciē uos cedit·
Scđm ignobilitatē dico· q̄ſi nos infirmi fu
erim̄ in hac pte· In quo quis audet i
inſipientia dico audeo ⁊ ego· Hebrei
ſunt ⁊ ego· Iſrlite ſunt ⁊ ego· Semē
abrahe ſunt ⁊ ego· Miniſtri xpi ſūt
⁊ ego· Ut minus ſapiens dico· plus
ego· In laboribȝ plurimis ī carceribȝ
hūdantius· in plagis ſup̄ modum· in
mortibȝ frequenter· A iudeis quinquies
quadragenas una min̄ accepi· Ter
uirgis ceſus ſum ſemel lapidat̄ ſum·
ter naufragium feci· Nocte ac die· in
pfundo maris fui· Initinerib; ſepe·
piculis fluminū· picl' latronū· picl'
ex genē· piculis ex gentibȝ· piculis ī
ciuitate· picl' in ſolitudine· piculis in
mari· piculis in falſis frībȝ· In labore
⁊ erumpna· ī uigiliis multis. In fame
⁊ ſiti· in ieiuniis multis. In frigore
⁊ nuditate· Preter illa q̄ extrinſec ſūt
inſtantia mea cottidiana ſollicitudo
om̄ eccliarum· Quis infirmatur ⁊ ego
n̄ infirmor? Quis ſcandalizatur ⁊ ego
n̄ uror? Si gl'iari oportet que infirmitatī
mee ſunt gl'iabor· Ds et pater dnī nri
ihu xpi ſcit qui eſt bndictus in ſecula
quod non mentior· Damaſci ppoſitus
gentis arethe regis cuſtodiebat ciuita
tem damaſcenorum ut me cōphenderet·
Et p feneſtram in ſporta demiſſus ſū
p murū ⁊ ſic effugi manus ei. XII
Et ſi gl'iari oportet· n̄ expedit quidē·
Veniam aūt ad uiſiones ⁊ reue
lationes dnī· Scio hominē in xpo ante
annos· xiiii· ſiue in corpe neſcio· ſiue
extra corp' neſcio ds ſcit· raptū huiuſmoi
uſqȝ ad tertium celum· Et ſcio huiuſmodi
hoīem ſiue in corpe· ſiue ex̄ corpus
neſcio· ds ſcit· qm̄ raptus eſt in paradi
ſum· ⁊ audiuit archana ūba que nō
licet homini loqui· Pro huiuſmodi gl'iabor
pro me aūt nich' niſi in infirmitatibȝ me
is· Nam ⁊ ſi noluero gl'iari· n̄ ero inſipi
ens· Ueritatem enī dicam· Parco aūt
ne quis me exiſtimet ſup̄ id q̊ uidet
me· aut audit aliquid ex me· Et ne
magnitudo reuelationū extollat me·
datus eſt m̄ ſtimulus carnis mee· an
gelus ſathane· ut me colaphizet· Ppt
qđ ter dm̄m rogaui ut diſcederet a me· Et
dixit m̄· Sufficit t̄ grā mea· Nā uirtus
ī infirmitate pficitur. Libent̄ g̊ gl'iabor
in infirmitatibȝ meis· ut inhitet in me
uirtus x̄. Ppt q̊ placeo m̄ ī infirmitatibȝ

in contumeliis, in necessitatibus, in perse-
cutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim
infirmor, tunc potens sum. Factus sum
insipiens, vos me coegistis. Ego enim a
vobis debui commendari. Nihil enim minus
feci ab his qui sunt supra modum apostoli,
tametsi nihil sum. Signa tamen apostolatus
mei facta sunt super vos in omni patientia,
signis et prodigiis et virtutibus. Quid est
enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis,
nisi quod ego ipse non gravavi vos? Dona-
te mihi hanc iniuriam. XII

Ecce tertio hoc paratus sum venire
ad vos, et non ero gravis vobis. Non
enim quero que vestra sunt, sed vos. Nec enim de-
bent filii parentibus thesaurizare, sed parentes
filiis. Ego autem libentissime impendam
et superimpendar ipse pro animabus vestris,
licet plus vos diligens minus diligar.
Sed esto. Ego vos non gravavi, sed cum
essem astutus dolo vos cepi. Numquid per
aliquem eorum quos misi ad vos circum-
veni vos? Rogavi Titum et misi cum
illo fratrem. Numquid Titus vos circumve-
nit? Nonne eodem spiritu ambulavimus?
Nonne eisdem vestigiis? Olim puta-
tis quod excusemus nos apud vos. Co-
ram deo in Christo loquimur. Omnia autem,
karissimi, propter vestram edificationem. Timeo
enim ne forte cum venero non quales vo-
lo inveniam vos, et ego inveniar a vobis
qualem non vultis, ne forte contentio-
nes, emulationes, animositates, dis-
sensiones, detractiones, susurratio-
nes, inflationes, seditiones sint inter
vos, ne iterum cum venero humiliet me
deus apud vos, et lugeam multos ex his qui
ante peccaverunt et non egerunt penitentiam su-
per immunditia et fornicatione et impudicitia

quam gesserunt. XIII

Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore
duorum vel trium testium stabit
omne verbum. Predixi et predico ut pre-
sens bis et nunc absens his qui ante
peccaverunt et ceteris omnibus, quoniam si venero
iterum non parcam. An experimentum queritis
eius qui in me loquitur Christus? Qui in
vobis non infirmatur, sed potens est in
vobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmi-
tate, sed vivit ex virtute dei. Nam et nos
infirmi sumus in illo, sed vivemus cum eo
ex virtute dei in vobis. Vos metipsos temp-
tate si estis in fide, ipsi vos probate.
An non cognoscitis vos ipsos quia Christus Ihesus
in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero
autem quod cognoscetis quia nos non sumus re-
probi. Oramus autem deum ut nichil mali
faciatis, non ut nos probati parea-
mus, sed ut vos quod bonum est faciatis,
nos autem ut reprobi simus. Non enim possu-
mus aliquid adversus veritatem, sed pro
veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi
sumus, vos autem potentes estis. Hoc et
oramus vestram consummationem. Ideo hec
absens scribo ut non presens durius agam
secundum potestatem quam dominus dedit mihi in edi-
ficationem et non in destructionem ve-
stram. De cetero fratres gaudete, perfecti
estote, exhortamini, idem sapite, pa-
cem habete, et deus dilectionis et pacis
erit vobiscum. Salutate invicem in osculo
sancto. Salutant vos sancti omnes. Gratia domini nostri
Ihesu Christi et caritas dei et communicatio sancti
spiritus cum omnibus vobis amen. Explicit epistola
ad Corinthios II. Incipit

Galathe sunt prologus ad Galathas
greci. Hi verbum veritatis
primum ab apostolo acceperunt.